

nam. cui nō poterunt
resistere et cōtradocere
om̄s aduersarij uestri.
Trademini aut̄ a parē
tibus et fratribz. et cog
natis et amicis: et mor
te afficient ex uobis. Et
eritis odio om̄ibus p̄t̄
nomē meum. Et capil
lus de capite ur̄o nō pi
uit. In paciencia ur̄a
possidebitis animas ue
stras. Cū aut̄ uideritis
circumdari ab exercitu
iherusalem. tunc scitote
quia appropinquauit de
solatio eius. Tunc qui
in iudea sunt: fugiant
in montes. Et qui in
medio eius. discedant.
Et qui in regionibz. nō
intrent in eam. quia
dies ultionis hui sunt:
ut impleantur om̄ia
que scripta sunt. Ve
aut̄ pregnantibz et nu
trentibz in illis diebz.
Erit enim p̄ssura mag
na sup̄ terram: et ira
p̄plo huius. Et cadent in
ore gladij: et captiui
ducentur in om̄s gen
tes. Et iherusalem calca
bitur a gentibz. donec

2, 129 (4438)

II / 129

8)
Augustus
GYMNASII GOR,
LICENSIS

PALÆSTRÄ

ORATORIA ET POËTICA,

^{h. c.}
EXERCITIÄ ORATORIA
ET POËTICA,

^{publicè,}
aut in perorantium Cattedrà, aut in aliquo
peculiaris Pegmate, aut in Theatro Scenico,

^a
Florentis Prima Juventute Scholæ
Gymnasii Gorlicensis,

^{intra}
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
LVADEGENNIUM

AUDITORIBUS atq; ac SPECTATORIBUS
ERUDITIS,

PRÆSTITE

M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.

pleraq; ^{et} sonatos et ex promptâ memoriâ,
^{et exhibita}

TOMUS PRIMUS



STAMM
GOTTES
GOTTES

PALLENSTRA

ORATORII

EXERCITIA ORATORIA
ET POETICA



ALL CHRISTIANO

JOMMIS

ORATIO VALENDICORUM

CAROLI MAGNI
ENCORIUM

ACTUS VALENDICORUM
exhibens

CAROLI M.

1. ENCORIUM,
2. VITUPERIUM.

Habitus

in

Superiori Aetate

GYMNASII GÖRLITENSIS

Abolisc. Nobilibus

ANNO MDCLXXI. 18. Mart.

OTTO
MAGNUS

IN
EPIGRAMMATA

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint handwritten text at the bottom left of the page]

icet laud
Futores singula
adicii inbecillita
quis limine bar
antium, conscen
ete aliquo ver
niam litari, i
reptor Corn
stri aut Satyr
an fuisse terr
et silvis horrida
si autem res
quam olim
conciat, quar
os agros, quas
phinas lodina
virtutum glo
arobionum,
stet? Ne
Germani
autem ob o

J. N. J.
Jova Jova!
ORATIO PANEGYRICA
VALEBICTORIA,
exhibens
CAROLI MAGNI
ENCOMIUM.

112
543

icet laud ignorem, Viri graves pariterq; omni generis honorum titulis eminentes,
factores singulariter mihi colendi, deoerandi, suspiciendi, Ingenioli mei tenuitatem,
judicii imbecillitatem, neq; dicendo imperitiam, que tanta est, ut in ipso statim orationis
limine herere videar: Nec tamen veritus sum multo rubore suffusus hanc per-
stantium conscendere cathedram, ut ad vos paulo ante discessum multa de nobili be-
nate aliquo verba facerem, Misistq; tandem Asiaticis, quibus per integram fere quadri-
mum litari, ultimum vale dicerem. Verum enim vero, ita est, quod incomparabilis
scriptor Corn. Tacitus, in quem admodum injuriosus Gaspar Scioptus, injuriosus et ipse
Satrius, Trajanus Boccacini, de pristino Germanie nostre statu referat,
fuisse terras informem, asperam celo, cultu ad spectuq; tristem, in universum vero
silvis sordidam, aut paludibus fadam, imo et fragiferarum arborum impatientem.
Si autem revivisceret ille, et ipsemet oculis omnem, quanta quanta est, Germani-
am quam olim desperat, hodie perlustraret! Vab quas et quot ille florentissimas
provincias, quas et quot munitissimas arces, quot et quot omnium frugum fera cissi-
mos agros, quas et quot auri, argenti, plumbi, stanni, ferri, imo et omnium metallorum
ferrimas fodinas, quas et quot deniq; in Martio ac victoribus populis, scientiarum
virtutum gloria longe prestantissimo, amplissimas regum, Archiducum, Ducum,
Marchionum, Landgravorum, Comitum, Baronum, Equitum familias deprehensu-
ret? Ne dicam eundem ibidem accuratè cogniturum esse, quicquid infelici-
ter Germania Dextro Spectatorem morari, neq; stuporem conjicere potest. Proprie
autem ob oculos ei ponerentur tot summi, quot unquam sibi, communis nostra
mater, Germania

mater, Germania felicissime peperit, ac in saecula produxit, Heroes, virtute ac
tuna, Graecis et Romanis Principibus saepe quaquam inferiores. Non advo-
beie illor ultimarum antiquitatum Reges, **Wisconem, Marcom, Ingavonem,**
Aevonem, Hermionem, Gamblicum, Suecum, Vandalum aliosq, dum omnino
beie gens nostra (Germani enim sumus h.e. viri bellatores) Spectanda: Sed in
Germania in praesentiarum Principales familias contemplandas sistan. O
nigentem magni **Willehindi** felicitatem, qui per tot annorum centurias post
tam in posteris fuit magnus, olim in illis Imperatoribus **Saxonibus, Henrico**
cupe, Ottone 1^o, 2^o, 3^o et Henrico 4^o: Magnus et adhuc in Mar-
bus **Saxoniae et Saxoniae Ducibus, praecipue quidem in Henrico illustri ac Munifi-**
in **Friderico Adoroso, in Friderico Graui, in Friderico Bellicoso, in Er-**
in **Alberto, Dextera Imperii, in Friderico Sapiente, in Johanne et Johanne Tri-**
rico **Constantibus, in Maritio, in Augusto Hujus filio, in Johanne Georgio In-**
niq, **2^o, qui** hodie gentis hae et familiae deus singulari autoritate tuetur: Sic
mibi jun, **sultis, Venerandi Auditores, quot Anbalkina illa, originis honore cum**
Ara Saxonica in vetustissima stirpe Ascania concurrunt, familia virtutum numina
beat. Exhibet utiq, Sigismundum, Wolfgangum, Rudolphum, Joachimum, Johannem,
achimum Ernestum, et multos alios celeberrimi nominis Principes. Sicite porro, quot
latino = Bavara, tanquam ex Equo Trojano, prodierint Familia Heroes? Prodierunt
inde **Otto Major, Ludovicus Anus, Sux Bavarus, Ludovicus et Rupertus**
peratores, Viri Majestatis Imperatoriae Audacissimi, multiq, alii vera sanctorum
tic / Promicondi lectissimi. Quid de Austriaca beie loquar familia? Sicut sero
omnis **Austriam fidus, veluti inter igneis**
una minores.
Nos ipsi igitur, Auditores optuni, iudicate quid de **Rudolpho 1^o, quid de Alberto**
2^o, quid de Ferdinando 4^o, de Maximiliano item 1^o, 2^o, quid de Carolo
Friderico 1^o, quid de Rudolpho 2^o sentiendum? Ego ita sentio: Fuisse illos omnes
Imperatores

peratores potentissimos, invictissimos, sanctissimos fortissimos, imo et tales, à quibus virtus et
 fortuna ipsa nominis ac fame sua aeternitatem accepisse videntur. Ita scilicet sentio, nec tamen
 in hac re dico: quam omnino edictis satis jam pateat, quò ea pertineant. Etenim, que
 huc usq[ue] breviter ac leviter, prout memoria veluti per Sateram suggererat, disserui, eò
 spectant: ut è tot Heroibus unus mihi eligatur, maxime hodie celebrandus: ubi vel sensu con-
 stanti de re gravi antè disserere, quam Ludo huic literario valedicani. Est autem vel precipu-
 e scie, è Germania nostre Principibus Carolus M. cujus in hac Auditorum Panegyri En-
 nimium recitabo. Sic ergo non à re facili, sed difficili, non inani, sed gravi; non fatili, sed
 in valedictoria hac mea oratione, que tristi (pro dolor) animo mihi hodie est habenda, apud
 Auditores gravissimi, verba faciam. Non, isto, deo loci agam de raptu Helenæ, non
 morte Hippolyti, non de Minerva, de Solis de Neptuni pugna; non disseram de Eneæ
 navigationibus, de itinere quidem ad Blegetonis undas, non de Cerbero, neq[ue] de Chimæra;
 de Martis et Veneris adulterio, non de Icaris volatu, aut de alia re ludicra et va-
 sed de Carolo illo Imperatore optumo, qui re et nomine verè fuit Magnus, dicam. Et
 quidem dicam, ut precipue ejus audiantur virtutes, precipue item res ab ipso feliciter gestæ,
 coram oculis mentis vernantur: quibus scilicet utriq[ue] inter cæteros Herois tantum extulit caput;

Quantum lenta solent inter Viburna cupressi

Ecce autem Caroli M. laudes in hoc vestro, Auditores omnigenis honorum titulis eminentissimè
 confessor propria auctoritate, sed ipsa potius ac mandato ejus, cupis et apud me plurimum valet,
 apud omnes Gymnasti hujus civis peræg valere debet Auctoritas, ebuccinabo. Sic ergo ipsius
 hac sto cathedra, non sigillatim omnes Caroli M. laudes perceriturus, eaq[ue] perpetuo flore C
 convestiturus (id enim et imperare iniquum fuisset, et suscipere temerarium) sed ex mira
 rarum copia parca quadam selecturus: de quibus hodie vobis audientibus dicam. Dum vero vela
 pando, ego equidem, antequam ulterius provebar, à vobis Viri Generosi, maxime strenui,
 nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Prudentissimi, Maxime Reverendi, Excellentissimi, Experien-
 tissimi, Clarissimi, Erasmantissimi, à te item florentissima Juventutis Torora, summo pere etiam aliq[ui]e
 contendo, ut quando omne mihi persegium in vestra bonitate, clementia ac amicitia situm

est, tenuitatem

Tractatio .I.

est, tenuitatem meam vestro favore ac silentio subleuetis, quod hec oratio mea Laegyrica
bis veluti secundis subiecta ventis, quem sibi proposuit portum facidig consequatur. Age et
te precipue, veneranda Sive Rector, hospes benevolentissime, qui crescis et exultas, quoties
bis, que agunt boni discipuli, intelligis quantum se ipsos supergrediuntur: cape voluptate
ex iis, que amori et ac honori tuo velificaturus. Sodie dicam. Coge, nisto, voluptatem
nigenti mei fetu, quem tuis auspiciis unice debeo: Nec enim debito fore, ut idem tibi
quod agricolis, quod Pastoribus coenire solet: utpote quos utrosq; fetus, illos quidem arborum
bos autem gregis sui, delectat. Carolus M. quis, qualis, ac quantus Imperator ac
ceps nostre Germania fuerit, neminem vestrum, A. O. modo in cognitione Historiarum
hospes plane non sit et peregrinus, fugiet. Fuit, fuit is ipse perfectum optuni Principis
plax: quippe qui omnibus ferme virtutibus, que in bonum Principem cadere possunt or
erat ac mira cumulatur. Indeq; quem omnino dignus sit, qui iusto Encomio pre ceteris
tollatur, atq; ipse moderni seculi Principibus ac Regibus imitandus proponatur, non deic
prelixe in antecessum de Carolo M. gente discreta, que videbatur tunc toti tremenda
Francia jam olim dicta: Neq; de Carolo M. Majoribus dicam, qui ipsi Regiam potestatem
familia Merovingorum ad familiam Carolinam transtulerunt: Mittam et Carolo M. ^{Annus quartellus, domus}
vum Eginium Crasam, qui sub Majoris titulo regiam potestatem possederat, mittam
trem deniq; Eginium mittam, qui, re et nomine Regis titulum consecutus, familiae sue hunc
seruit, ut sic Merovingis in Ebilderico Stio cadentibus, Carolovingi, in Eginio surge
ni commune Theatrum mundi producerentur. Talia, itaq; et alia notatu digna, etiam
lo altius repetitis rebus, exponenda forent, sicca tamen, quod dicitur, socco preteribo.
enim attinet Majorum hoc loco recensere imagines, quanquam illustres illas habuerat?
Sane indigent laudis aliene, qui propria sunt conspicui. Et genus et Proavos et qua
fecimus ipsi, vix ea nostra voco. Hoc unum tanax plane indictum ac nitactum
relinquere nequeo, de quo vanè gloriatur Bodinus: Carolum nempe natum in Gallia
Qui? nonne vanæ gloriationi suæ reclamant Geographia? Reclamat utiq;. Nec ull
etiam tam ignarus est rerum, ut ignoret, terram circa flumen Unstrud natale

solum fuisse, quod ad Galliam minimè pertinebat. Germanus ergo Carolus est. à Fran-
 cis quidem Latentibus, sed in Germania, quicquid opponat nobis Bodinus, digladiantibus inter
 Gallicis ac Germanicis scriptoribus, de loco Caroline conceptionis, qui ipse certus videtur, de
 Carolina natiuitatis, qui nec adeo incertus, dissidentibus. Verum, dum haec talia d-
 Historicorum diverse gentis possidia mitto, paulatim abire ad ipsum primum proposita
 argumentum transeo, quod est de artium liberalium studiis. Ea namq̃ Carolus M. non
 tantum et Adulescent, sed et Rex atq̃ Imperator, coluit, eorundem Doctores summo
 honore ac pretio semper dabat. Quid? quod et ille ipse non raro convocasse, colloquia
 in mensa, tum extra mensam, cum iisdem instituisse legatur. Sic merito id faciebat.
 enim duplex ratio temporis sit dabenda, altera Pacis, altera Belli, Indeq̃ Principi alia
 in Bello gerendo, alia in tranquillo Reipubl: statu administrando sit opus, in
 quidem vincendo suo bello feliciter et laudabiliter conficiendo. Ducibus Arenis ac
 nec non juris rei militaris peritis utandum esse; In pacata vero Reipubl:
 ac prudentibus viris negotia publica expedienda utiliter committi, putabat. O
 igitur ino maxime Caroli M. laudem, quam sibi et indefesso literarum studio
 literarum cultu peperit. Malebat namq̃ Carolus rerum divinarum su-
 Scientia excellere, quam potentia, exemplo quidem Alexandri M. edocuit. Is
 sepe censebat, nihil feruile magis in Principe esse, quam otiosi, et in seruire deliciis:
 magis regium quicquam esse arbitrabatur, quam inter arma quoq̃ tractare studia.
 coluisse autem Carolum Logicam, Dialecticam, Rhetoricam, Geographicam, Histori-
 Astronomiam, Theologiam apud Eginhartum legimus: Legimus et latinam pariterq̃
 eundem excoluisse linguam. Tanta hinc in Carolo erat aruditiò, ut Græcos le-
 Grieci loquentes intelligeret, etiamsi iis longo sermone græco non responderet.
 minus in Poesi exercitatus erat Carolus. Sic enim ipse in Rolandi filii Soro-

Epigramma concinnasse legitur, quod his circumfertur verbis:
 Tu patriam repetis, tristi nos orbe relinquis:
 Te tenet aula nitens, nos Lacrymosa dies:
 Sed qui lustra geris binos octo super annos,
 Exeptus terris, iustus ad astra redis.

An dubitatis

An dubitatis adhuc, Auditores venerandi, de tanta tam magnanimi Imperatoris eruditione?
Nolite ulterius dubitare. Cur enim summe eruditus non fuisset, qui et vivis et mortuis
batur Praceptoribus? Instructum utique fuisse Carolum insigni Bibliotheca, quam adiret, quo-
cumque veterum monumenta evolere, longè consulere in rebus dubiis vellet, ex Historicis constat.
Constat non minus id ex eodem Caroli Testamento: quod ante Triennium, quam decederet
rebus mobilibus suis post obitum distribuendis fecit. Ita nempe de libris, quorum magna
Bibliotheca sua copiam congregaverat, Johannes Fraxinus in Historia Caroli II:
Statuit ipse, ut ab iis, qui eos habere vellet justo pretio redimerentur, pretiumque in
petere erogaretur. Vivi Doctores sequuntur commemorandi, quos optimos ac felicissimos
habuit Carolus. Inter hos primum sibi locum vindicat Letrus Lisanus, vir tum in re-
matica praestantissimus, à quo Carolus puer institutus in bonis literis, in pietatis gratiam
inque ceteris studiis tantum profecit, ut magnam de se spem virtutis et parentibus et
hominibus excitavit. Etas jam adultior cessit. Albino Alcuino: quo ipse informatore
terrenam facundiam eloquentia arte roboravit, Carolus, cui siderum didicit scientiam
Natione is erat Anglus, à Beda primum; inde ab Egberto Archiepiscopo institutus,
Rhetor, Philosophus, mathematicus, et Theologus insignis, Latine, Graece, Hebraice
callens. Quid mirum ergo, si sic institutus, et à tan eruditis viris imbutus Carolus
linguam eam ut patria loqueretur; si Graecam intelligeret; si intentione sagaci siderum
rimaretur cursum, eorumque difficultatem numerandi notitia sublevaret? Quid et mirum
in Rhetoricis, in Dialecticis, in Astronomicis, in Musicis excelleret Carolus? Habuerat
et ipse Diaconum de Britannia, Saxoniae gentis hominem, virum undecumque doctissimum
Praeceptorem: apud quem et Rhetorica et Dialectica, praecipue tamen Astronomia discenda
plurimum temporis ac laboris impendebat. In Musicis quoque ab eodem formatus psallendi
plurimum exactè callebat, eandemque ipse emendabat. Quid mirum denique, si in omni
terrenae generis versatissimus existeret Carolus? Adde namque cupido et vivis et mortuis
ribus ac Doctoribus utebatur, ut ne quidem inter carandum abstineret, quò minus aut

aliquis

545
546

eruditio
mortuis
iret, que
ortis co
cedere
magna
R:
ng in
e felici
in re
tis gra
ibus et
mator
cientia
titutus
aice
rolg
derum
et nium
taberat
doctisim
a adfco
fallendi
omni
mutis
us aut
aliquis

leque viri sermone aut lectione, aut Scriptoris auditione, animum suum, teste Eginardo, pater
et. Atq; ab hoc liberalis doctrinae exercenda et propaganda studio omnino proficerebatur, ut
agno cum seculi sui dominum totiusq; posteritatis emolumento Scholas publicas omnigenas e
ditionis, pietatis ac doctrinae officinas aperiret, eiq; fisco annonam et stipendia profes
sibus daret, hq; procerum pauperumq; liberos committeret. Videtur, V. A. cuius auspiciis
notum, ut Italia, Gallia, Germaniq; terrarum magistra venerabilis, Musa celestis, et Ca
na Legatorum (ut de Carthagine refert Suidas) hodiernum appellari possit. Feli
citas nempe Caroli auspiciis factum habetur. In namq; instituit in Gallia Academiam
Basiliensem, eamq; tanta Proventuum ac possessionum amplitudine locupletavit, quantas vix
Gallie et Germania, que inde postea nata Academia, possent equare: In Germa
Onasbruggensem instituit Scholam, multisq; insignibus Privilegiis ornavit, ut Graeci,
Latinusq; Auctores ibi explicarentur: In Italia Bononiensem et Ticinensem eundem Carolum
instituisse Scholam, ab Historicis annotatum habemus. O igitur maxime laudabilem Caroli
magnificentiam, aut, si magis proprie loqui velimus, munificentiam! Adeo videlicet
per reliqua omnia, que virtute Principum ac felicitate reorantur (Sunt licet forsitan alia
aice dignitudine et utilitate potiora) nihil magis admirabile hoc est liberalitate, quam fover
rolg lat. Honorandisq; literarum studiis impertiant. Intelligebat id sane magnanimus noster Be
derum videlicet tot bonarum literarum officinas non sine ingentibus sumptibus. Intel
et nium bat nimirum, quantum emolumentum e Scholis haurire liceret: Intelligebat quam egregii pro
taberat derentur maxima cum laude e Scholis viri, qui eorum, qui forum, qui thorum ornarent.
doctisim voce nunc A. V. cognoscite in Carolo nostro singularem rem literariam promovendi
a adfco itaq; tandem amplificandi studium. Cognoscite favorem, principe viro dignum, erga
fallendi veras literarumq; cultores: sed et inexplebile in Carolo nostro cognoscite discendi
omni libidinarium! At vero, ne dissimulare seis aliquid videar dicam omnino, quod nec Egin
mutis dardus; nec alii Historici omiserunt, Grammaticae, hoc est, artis literas pingendi, igna
us aut em fuisse Carolum. Tentabat etiam scribere, scribit Eginardus, tabularumq; et Co
dicillos,

dicillos ad hoc in lectulo sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset,
effigiendis literis adhaerere: Sed parum prospere successit labor praeposterus, ac sero nichil
Isto nunc, quod haec ars vulgo existimetur vilis, ac viro principe plane indigna, usus tamen
tantus est, ut vix ullis laudibus satis possit predicari! Praecipua ejus utilitas, inquit, magnus
in hoc consistit, quod sic occurratur hominum oblivioni, cum nemo omnium, quae videt, vel audit
semper valet meminisse. Neque negotia, vel commercia absque ea possunt consistere. Magna
quoque usus est in fœderibus et pactis ad homines in officio continendos. Magnam praeterea
est, quod scriptura etiam absentibus mentem nostram aperimus. Praeterea haec arte pro
posteris, quae multo ante aetate eorum contigerunt, ne puerorum similes, sui solum
poris res sciant, ac divinam nesciant providentiam in mundo hoc gubernante. Orbis
quod discipularum ac Philosophia universa, quatenus naturalia lumina cognita est,
incauta secula descriptione propagatur. Imo descriptione etiam mortui vivunt, ac loquuntur
beneque de orbe merentur. Ad haec ipsi etiam scriptores famam consequuntur immortalitatem
qua, quia ferio non consumitur, propius ad DEUM acceditur. Denique optimum et
prestantissimum nomen, pro infinito erga nos amore suo, id verbum suum ^{invenit} ~~invenit~~ scriptura
consecrari, quod ab oblivione hominum vindicaretur, ne agror mortales lateret via,
velut Scalus quibusdam ad arces foardimus caelestes. Hucusque in de quatuor popularibus
artibus, de Biologia et Scientiis Mathematicis, opere viri decorata eruditionis
suis. Quid ego vero? Moneo vos, doctor et exhortor, Symmaci suavissimi, sub Grammaticae
difficem, quam vocant legendi scribendique sententiam, seculo istius excolatis, semper cautio
ne sprete forte, nescio in quo latibulo, delitescat, tandemque fortiter erumpat, ac
piscem aliquando sui contemptum vindicet. Ita scilicet moneo, et deinceps in diverticulo
in viam rediens, ad alterum laudis argumentum propedior: quod est de summa Caroli
administratione regni prudentia. Prudentissimus utique Imperator erat Carolus, sed se
tius scientia rerum divinarum et humanarum, quam potentia excellere velle, saepe dicebat:
est prudentia Principi imprimis necessaria, ad regendum alios et etiam ad regendum se ipsum.

Unde

96
572

de David filio suo Salomoni Regi, tunc primum inureto, à Deo precatur hanc virtutem,
omnium ei necessariam, dicens; Det tibi Deus prudentiam et sensum, ut regere possis
Israel, et custodire legem Domini Dei tui. Ideo ergo magna erat molis in Carolo ac ex-
pugnata prudentia tam late diffusas acquirere et retinere provincias, ut plane tritum illud
dixerat locus: Non minor est virtus, quam quærere, parva tueri.

Maxime autem omnium maxime Caroli in administranda Reipublice prudentia est pietate
rerum divinarum cura. Recuset inter augmenta Imperii Musarum corculum, J. Sigis. Lipsi. t. 4. L. 12
curas, que ad retinendam et defendendam religionem impendantur. Optime id novat pra-
clarissimus Imperator Carolus: Deum priororem esse in eos, qui maxime ipsum colerent.
Nihil illud Lactantii imbiberat: Nihil esse in rebus humanis religione prestantius, eamque
maxime vi oportere defendi. Quando vero Carolo cura cordique fuerint res Ecclesiasticæ,
Historiis liquet: nosque habemus egregium ejus rei in Boetii Commentario de rebz se-
culi ^{et Romæ} Compendium. Quid? quod et idem hoc est Caroli liqueat testamento? quippe in
testamento expresse et sine ulla limitatione filiis suis res Ecclesiasticas paternè comendat. Ex-
ponit porro leges regni, quas Carolus ad disciplina Ecclesiasticam et hujus reformationem
promulgavit. Descripta ille leguntur in Historico, eoque Theorico-practico, Viri cele-
berrimi Christiani Matthie Beatro: ad quod quidem eruditissimè Auditorium remissam
volo. Et quoniam remissor vos, V. A. ad laudati Autoris Beatrum Historicum
vult. Vestra enim in me audienda facilitas, quæ prolixiori, quam par est sermo-
abuti, negas esse duco, semper me revocat, et monet, ut alia videamus Carolina
prudentiæ monumenta, quibus se celebrem Carolus præstitit Orbi. Exhibuit au-
tem Carolus nullum prudentiæ in tuendorum finium cura. Horum siquidem causa
congrua confiniorum loca prædica disposuisse legitur, ut coerceret invasiones.
Caroli in Hamburgi sine origo et aliorum ad eundem Fluvium, nempe ad Albi, item ad Lippam,
Salam, ad Britannicum, Hispanicum, Gallicum, Germanicum-Oceanum, et ad Italia lit-
Castellorum. Notat nempe Carolus Arces et Castella, licet non tam firmæ, In
Lipso in

ipso in civili doctrina iudice, sint compedes quam censeantur, quippe quae ad exiguum potat et lex
den notum valida, fragiles autem ad communem et magnum; in finitibus tamen et communibus
doctam non valde esse spernenda. Prudenter ergo contra Bohemos castrum ad Albin
truxit, Salsdam: Prudenter contra Sarabos, ^{contra} Vandalos Castrum ad Salan edificavit. Cop
Kaunburgum: Prudenter contra Danos munire iussit Hamburgum, Emicat iuxta
Caroli prudentia sepe totidem amiciter, sanctissime cum ceteris Regibus mitis. Feste
arbitrabatur ipse, non parum gloriam regni sui auctum iri, si rex quorundam et gentium
amicitiam sibi conciliaret. Unde adeo Adelphosum Gallicae atq; Africae Regem
bi Societate devinciebat; ut is, quin ad eum literas vel legatos mitteret, non aliter se
pro illam quam proprium suum appellari iuberet. Scotorum quoque Reges sic habebat
sua voluntatem, per suam magnificentiam inclinatos, ut eum nunquam aliter, quam
minum, seque subditos ac servos eius pronuntiarent. Cum Aron Rege Persiae, qui
pta India, pene totum tenebat Orientem, talem habebat in amicitia concordiam
is gratiam eius omnium, qui in toto terrarum Orbe erant, regum ac principum
cilia praeponebat, solumque illum honore ac magnificentia colendum sibi iudicaret.
igitur, quum maxime delectum in amicitia colenda haberet Carolus, eam ipsam
lem dano esse ratus, quo non mirum piscium, sed potentissimi principes capere
quis, quae de Carolina ambigeret prudentia? Emicat interim Carolina quae
prudentia est legum promulgatione. Arguunt ne-Christe leges vel maxime civile
Caroli prudentiam, utpote in quibus Reipublici salus consistit. Est autem inter alias
plurimas Caroli leges, salutaris constitutio, in qua mendicis pauperibus atq; vagantibus
bendis quicquam tribui vetuit, quamque regionem suos inopes alere sanos ac
labore victum quaerere ac desiderio sufficere manus iussit. Est et laudabile
tutum, quo mendicos validos circumcursitare non permisit Carolus, imitatus
exemplum praedecessorum suorum nempe Gratiani, Valentini, Theodosii Imperatorum
quippe quorum lex inserta codici Justiniano sub titulo de mendicantibus validis habet
Est et

578

et lex, qua Carolus vetuit, ne quis alium ad bibendum provocaret, ebriumque in exercitu
et compositum posterum potare compulit. Leges Longobardorum quoque extant, quas Carolus à Veterum
Albinis Institutionibus et Ecclesiasticis canonibus collectas, ac ordinatas, recensuit ad Mutinam promul-
gavit. Cognoscite, queso, deo A. V. quantum interest Reip: leges de hoc genere saluta-
re condere, earundemque promulgatione salutem publicam curare, et ad jus suum cuiusque vi-
recte applicare. Salutis utique publica causa poni cœpere leges: unde et eorum ars, secura-
et gentem. Fidelem Oratorem, apud omnes homines bona ac honesta iustitię conjuncta cen-
Regem, necesse est, quippe quæ à iusto nunquam separata. Si quis igitur interroga-
aliter se, quæ leges olim latae fuerint, nihil æqui et recti continentis? qui et quolnam legu-
abebat, peram latarum in iudiciis convicti fuerint? quot et quanam leges tanquam per-
quam, abolite? utrum denique legum ars vel ~~prope~~ debonestetur, quod tales
e, qui, quæ latae fuerint leges, quas melius fuisset nunquam ferre, aut sanjam latas
in cordibus aboleri? Annon respondebimus? Leges virtutis ac iustitię causa institutas,
cipua vero ~~ita~~ non tam leges ac jus esse, quam quod Anomiam seu injuriam Seno-
iaret. Quas vocet, idque quod prohibent leges, et cuius impediendi causa sunt inventa? Ha-
ipsam sibi habent fieri leges, non aliam sibi propositam rationem, quam ut maxime quidem
r capere, non laedatur à quoquam, aut saltem ut uni cuique suum tribuatur. Hinc Icti dicunt,
na quoque rationem animam esse legis: nam sicuti anima dominatur corpori, ita ratio legis vel
e civili dominatur verbis! Lex enim ex ratione semper æstivanda est: ita ut, ubi
ratio non est, ibi nec lex fit, cum iustitia sit animæ habitus, et quidem bonus, qua-
illa non potest, nisi quatenus ratione perficitur. Et quemadmodum iustitia sine
s ac ratione non est, ita nec lex. Finis denique legum tantus est, ut per eas homines re-
occursum reantur in officio: nam improbitas hominum causa legum lationi dedit. Sicut
dabile, quod ante morbos necesse est cognitos esse, quam eorum remedia, ita cupiditates pri-
nitatis, nate habentur quam leges. Sed redeo ad Proposidum, à quo præter spem, nescio
imperato, quod diverticulum inter perorandum, Radio fortè magis vestro, A. V. quam bonam cum
veniam prolagus

venia, prolapsus fueram: Nam sequitur ut nunc dicam, quod nunc eluxerit quod
prudentia e laudatissimorum iudiciorum constitutione, multa siquidem pro varietate
horum sine inde constituit iudicia, quae si singula percensere vellem,

Ante diem clauso componet Vesper Olympo.

Hoc ego interim dico, quod insignis nota bene constituta rei publ. ^{existat} tot iudiciorum
stitutio. Iudicis enim causarum non factis, minime societas humana maneret: quod
nihil inter sano perpolitam humanitate vitae d' illa marem interfit, quam ius et
Quorum utro uti nolim, altero est utendum. Vm extingui volumus? Ius valeat
se est, i.e. iudicia, quibus omne ius continetur. Iudicia deficient, aut nulla sunt
dominetur, recessa est. Unde eleganter Grotius libro de Jure Belli et Pacis: ubi
fiont iudicia, incipit Bellum. Tandem non postremum etiam Carolina praed
figum, quod, quamquam potestas ipsius vere Regia, crebris tamen Procerum
ventus insituerit, ut cum iis, vel communicaret res actas, vel deliberaret de
pendis, vel solemniter ius diceret. Id saepius factum, ea docent, quae e Scrip
bus praecis laudabili auctu collecta edidit Boeclerus. Ecce enim ita est, quod
comitia egerit Wormaticae: ubi de regno recte constituendo Sabita consilia bell
Saxoniam decretum. Ita est, quod ibidem celebravit Concilium, in quo Clericis
rolo imperatum, ut ne tererentur ire in bellum. Ita est, quod duas Synod
celebravit in Villa Suria, in quibus principaliter statutum, ut Episcopi ordina
tur in locis vacantibus, ut regulares et Monachi secundum regulam viverent, ut
piscopi, Presbyteri et Clerici parerent, ut necessarii homines per Episcopos corrig
tur etc: Ita est, quod Ingelsheimi ex Pontificibus majoribus, minoribus, Sacerdotibus, Sac
gregavit Synodum, in qua accusavit Theobaldum, Bavariae Principem, perfidiae et
bus crimen probavit: Ita est, quod concilium instituit Francofurti ad Mo
occasionem ad id cum Felice Heretico, qui voce ac stylo desum Christum in
na natura esse verum Deum, in humana vero nuncupativum esse, in divina ite
tura verum Dei filium, in humana vero adoptivum asseruerat; tum Adriano Lo
qui acta

acta secunda Synodi Nicene de Imaginum adoratione approbata miserat, praebe-
 re. Nonum videtis et intelligitis, V. A. quam salutare Principi sit adhibere Proceres in
 illis? Inculcandum id porro est civili est prudentia, si tempus pateretur: Adjuutoribus opus
 principi, et hoc regia prudentia caput esse, eleganter Justus Lipsius in civili sua doctri-
 na docet: ac inter alia non inepte querit. Sed qui parabis? Indicii, respondet, haec res est.
 si Principi nostro reatum a natura vel ab usu: O salutarem illum et bono publico
 Tamen ego dirigam et adminiculabor in parte. Adjuutores mihi duam genera sunt:
 Administris illi qui lingua et mente imprimis juvant, hi, qui manu et factis.
 Sed pergo, si pace vestra, A. V. fieri licet, ad militarem Caroli prudentiam
 attendam. Vobis autem quam necessaria Principi est prudentia? Haec necessaria haec
 esse a Justo Lipsio asseritur, ut sine ea vix Princeps. Quomodo enim aliter se tuere
 sua ac suos? Vis nuda ac nuda huic rei parum est, nisi arte quadam et consilio
 prudentia militandi. Duo sunt, inquit Polybius, quibus omnis Respubl
 in domo fortitudo, et domi concordia. Haec quidem abunde togata spectabit
 illam autem non est, ut abunde petamus, aut impetremus, quam ab ista non cer-
 tum, et cum successu. Bene ergo scriptum: caetera, utcumque dissimulari, sed boni du-
 rationem esse virtutem. Bella igitur, bella sunt quamplurima, quae Carolus
 varia sunt et admodum cruenta. Quid? nonne iterum noster generosissimus prae-
 bellum gessit Longobardicum, devictos Godescaldum cum magno triumpho rediit
 Franciam? Nonne gessit fortiter bellum Saxonum, in quo victis ac domitis Saxonibus
 tandem finivit? Nonne is exercitum quoque duxit in Hispaniam contra Saracenos,
 Pyrenaeis montibus Lampironem urbem cepit, et deiecit destruxit muris? Non-
 expeditionem contra Hunnos suscepit, a Avaris, regis ex omni parte feliciter gesta
 Saros in gentes deportavit? Nonne Bobemos et Slavos, Christianos bello persequentes,
 aggressus victosque sibi subiecit? Nonne item Saros Foisiam vastantes, domuit?
 et ipse Hungaros, inde rediit victor Ratisbonam. Atque in his sane omnibus reliquis
 quidem gravissimum fuisse videtur Saxonum, utpote quod a Patre avog vi-
 conflatum, post mortem veluti hereditate relictum gereret) fat in gentibus bellis optime
 Carolus

Carolus quinq[ue] illas optimi ducis partes, à Lipsio ordine enumeratas, implevisse putatur. ^{rei militaris} Igitur ipse nempe scientiam: Nam artis suae gnarus fuerat, et militiam longo usu combiberat, adfectione solam, aut lectione. Pleras, nunquam, per provincias stipendia expleverat: et nulli genus belli fuerat, in quo illam non exercisset fortuna. Notat ipse: quis ordo agrorum, cura explorandi, quantus vigendo trahendog[ue] bello modus. implevit deinde virtutes, quum actus usq[ue] esset, suisq[ue] praeretur, ac verè eos duceret: ipsemet namq[ue] in opere plerunq[ue] gregario militi mistus, steterat, ausurq[ue] fuerat

primus sumpsisse labores,

Primum inter carpsisse pedes.

Implevit porro providentiam: quum Dang[ue] esset cautus, respiciens magis, quam prospiciens, nec se fortunae ullo committens loco, nisi quantum cogeret necessitas. Implevit et in Duce desideratur loco, felicitatem. Ita autem implevit hanc, ut, ubi alii eandem mitem consilii sui et rationis putarent, is paulò benignis Deo ipsam tribueret: qui ipse qui notat, illum unum eius autorem esse, eamq[ue] prestare à se ipso neminem posse. Implevit deniq[ue], quam postremam requirit Lipsig, auctoritatem, maxime felicitatis violenter quidem ita implevit, ut eam severitate, temperatà tamen interdum comitate, sumeret omnes militares culpas legib[us] vindicaret, nulli errantium crederet ignoscere. Et Cicero, et in uno Pompejo suo laborem, fortitudinem, industriam, celeritatem praedicant: item Praedico et ego in nostro Carolo eandem boni Ducis notas: ut non solus habentur Pompejus summus Imperator, bello Mitridatico praeficiendus. Nempe, quod olim disertissimus Romuli Nepotum de Cnejo Pompejo, hoc ego merito etiam de Carolo M. enuncio. Adfuit Carolo nostro labor in negotiis: adfuit fortitudo in periculis: adfuit industria agendo: adfuit celeritas in conficiendo: inò et consilium in providendo eidem adfuit. Quod singula haec requisita Ducis legitimi tanta fuerint in hoc uno, quanta in omnibus aliis Imperatorib[us], quos aut vidimus unquam, aut audivimus, non fuere. Loquitur Carolo nostro Mars ipse, Gradivus ille Later. Et quidem in bello maxime Saxonico ipse loquitur labores, loquitur fortitudinem, loquitur industriam, loquitur celeritatem. Hoc siquidem bello nullum unquam atrocis, nullum diuturnius, nullum laboriosius ab ipso fuit gestum.

gestum. Idem quippe bellum per continuos triginta tres annos duraverat, tanta cum
animositate utring' dimicantibus copiis, ut tam è Francorum, quam Saxonum nobilitate plu-
t: et nulli caderent. Non autem tam dilatandi cupiditate, quam christiana religionis propaganda
radio bellum hoc Carolum suscepisse, sciamus, Unde nec ipse, quum tanta Saxonica gentis
pernicia esset, ut non prig' cervicem iugo alienae dominationis subpicere vellent, quantum-
sonesta bellandi causa prebenderetur, quam duobus praeliis uno mense commissis, ita ejus
res frangerentur, ut amplius tam forti ac bellicoso Imperatori resistere haud valerent,
regularem bello huic finiendi adhibere dubitavit prudentiam. Secer millia nempè ^{hominum} ~~militum~~
Saxonibus non modo traustulit, et huc atq' illic (Nempè per Galliam et Germaniam) à
patrio avulsos multiplica divisione distribuit, sed et ea conditione ac lege in tutelam ac
recepit, ut abjecto Daemonum cultu, ac relictis patriis ceremoniis, christianam fidem
religionem profiterentur, Francoisq' aduniti in unam gentem cum iis congrederentur.
t: quip- ergo vni nos Germani Carolo III. hoc debemus, quod christiani sumus. Posteaquam
offe. Imp- is Saxonos vicisset et domisset, nihil prius habebat, quam ut Germaniam, tum
zolen: ad religionis cultum, tum quoad rectam Rei publicae gubernandae formam ornaret, ac
sumeret: communitet. Ea proinde, quae religioni vere ibi obstatere videbantur, idololatriam
Et nempè et superstitionem, è medio tollebat: Dejiciebat statuam Martis, quam Armenisul vo-
predicant: item in Harsburg Idolum Crodo dictum, inq' castello Magdeburg simulacrum
atur. P- arum conterebat. Exclamo nunc confidenter: O caelo et ceteris dignam prudentiam,
isertisfri- non tam pro regione, quam pro religione christiana propaganda, in pace et bello, to-
cio. Ho- et sagatur adhibuit Carolus III! O miram item animi magnitudinem, qua Saxonum
ad usum- diu tamq' pertinaciter reluctantium, fiducia ac perfidia resistit, donec vichi omnes
ad usum- christiani fuerent!

omni- exclamo et ultimo loco ad ceteras quaedam Caroli virtutes, breviter ac leviter
atur pro- pendas descendo. Non enim abs re fieri censeo, si obiter quasi in hoc orationis meae
nico Car- aliiquid addam de magna Caroli erga Pauperes liberalitate. Quid? quod res
eritatio- se habeat, ex Testamento Caroli constat. Legimus nempè illo, ^{Caroli} Carolum unam

aream mensam

auream mensam et tres argenteas habuisse: in quarum una nova Roma, in altera vetus Roma
in 3tia Otho descriptus erat. Has etsi magno pretio sibi comparasset, omnes tamen vendi, et pro
pauperibus tribui iussit. Jam dudum siquidem edoctus hoc fuerat, quod benignitas talis verum
severitatis in sacris Landectis denotaretur. Idcirco idem quod Christum debitorem plus
bere esset, quam omnia possidere. Praeterea non plane abs re fieri censeo, si qua forte de
voti summa in publicum magnificentia addam. At non autem verum magnificus extitisset, qui
sunt in duas regias, unam in Ingelheim, alteram Neomagi extructam, impendit? qui tot
sumptus fecit in extruendis et muniendis propugnaculis? qui verum regios in scholis publicis ap-
endis, praecipuis in Academiis Larisensi instituta, collavit sumptus? qui in tot templis,
tot canoniis extruendis immensas erogavit pecunias, quae vix numerari, aut enumerari
sunt? Juxta ea nec abs re fore puto, si quae de mistra Caroline gravitati comitate, de
tate in matrem, de amore in sororem, item in fratrem, Imperii per biennium consortio
dicerem: At verum quoniam vereor, ne vestris benevolentissimis auribus, A. V. abata
longius, quam par est perorando molestiam usdem creare pergam, lubens has et alias quae
plurimas Caroli praetermitta virtutes, ac quaedam etiam haec de summa ejusdem in
catione liberorum et disciplina cura ac studio dico. Id unum nempe in votis
praecipuis habebat Carolus lecta tori pignora, ut mentes sanas haberent in
poribus sanis. Edoctus siquidem hanc rem jam olim a Plutarcho fuerat: qui
pe qui multa praedara praeccepta parentibus, in aureo de puerorum educatione
libello scripta, reliquit. Inter alia autem sic praecipit: Quaeerendi sunt liberi
sui, quorum et inculpata sit vita, et mores justis, reprehensioni non obnoxii, et qui
peritiae minime sunt vulgari. Fons enim et radix virtutis ac honestae vitae est
institutio proba. Id itaque quum probe intelligeret Carolus, maxima cum cura liberos
ducabat, eosque ab inerte aetate omnibus virtutum generibus instruebat: nunquam
domi sine ipsis carabat: nunquam iter faciebat, quin filii aequitarent, filiae
am vehiculo, extremum agmen claudente, subsequerentur. Mares simul ac per
liberat.

cebat more Germanorum equis, armis, venationibus exercebat: Feminas vero etiam
 anificio, Colo, fusog, ne turgi otio quod unum palvinae fatana, torperent, adsuasiebat.
 Si jam omnes Parentes hunc potentissimae mundi Monarcham sibi tanquam vivum in edu-
 catione liberorum suorum exemplar ob oculos ponerent! Sic, sic fieret omnino, ut major ab
 cura, quam (pro dolor) sequiori hoc aeo fieri siveit, in recte educandis liberis adhibere-
 ! Nec minus tamen etiam (quod quidem quasi in transcurfu addo) summam adhibuit cu-
 ra in tuenda sua valitudine, optime sciens, sanitatem rem esse pretiosissimam, sed
 cito mutetur. Juvaris hinc valetudinem suam continentia maxime et frugalitate stu-
 corpus etiam diligenter exercevit. Exercevit namque se assidue equitando, venando.
 rationem igitur tanquam rem saluberrimam etiam senex baud neglexit: neq; ob hanc
 vel calores, saltusq; aut montes percurrere renuit, aut aliam quampiam tempesta-
 exhorruit graviozem. De Summa Caroli in vestiendo suo ad morem prisum cor-
 cura itidem in transcurfu quasi pauca quaedam dicenda restant. Certe is non
 mores supis peruersissimi seculi sequebatur: sed vestitu, calceatu et cetero sabi-
 tario, s. a. Teutonico, utebatur: nonnunquam cinctus gladio, Diademate aureo
 gemmatis vestibus prodibat: Quod tamen non nisi praecipuis solemnitatibus,
 si quando exterarum gentium legati venissent, saeiebat. Peregrina autem
 exotica vestimenta, pretiosa licet, Carolus omnia contemnebat, nec unquam
 noni patiebatur: excepto, quod Roma semel, Adriano Pontifice petente, et ite-
 Leone Successore eius supplicante, longa tunica et eblamyde amictus ac calceis
 Romano more formatis moueret. O Tempora igitur, o mores! Uen quantum
 distat nostri a prisois illis sunt moribus? Profecto si revivisceret ^{ret} Carolus hodie
 Germanos in Germania cum Siogenis Lucerna quereret, an inuenturus illos
 vestitus? Non puto. Novus namq; hodie (pro dolor) vestitus novos introduxit mores,
 qui mores novos introduxerunt homines, novi homines expulerunt veteres. Omnes,
 hodie esse volung Galli: Galli sumus vestibus: Galli sumus moribus. Prohibeat

modo clementissimè Deus, ut ne, dum tantopere Galli esse vestitu, Galli esse lingua, Galli
esse moribus studemus, mancipia tandem regni evadamus Gallici. Cantat gallus, evigilet
ad ejus cantum, et exuamus cum Gallorum vestibus molles Gallorum mores: Linguam
sua lingua, et nostram excolamus, quae satis gravis, Vernaculam: ne nostram alii
quando ad tertium Galli cantum cervicem Gallico iugo subdere teneamur. Sed sag-
gibus sit dictum: Ego claudo levis rivus: quia sat prata biberunt, et vobis, Vobis, in qua
Auditoribus omnibus ac singulis, quotquot adestis, omni bonorum genere ac titulis
ctandi, ea, quae dixi cogitanda relinquo. Expecto vestrum iudicium, dum id expecto
vestrum interim tribunal provooco, ut dicatis, eoquid vobis de liberalium artium studio
de civili ac militari prudentia, deq; ceteris virtutibus, de summa item cura educationis
de cura valetudinis, de cura vestitus, utpote quibus rebus omnibus se universo terrarum
Orbi commendatum vult Carolus, videatur? Ego nitrepidè assero: multum Germaniam
stram laudis debere Carolo, qui cognomento dicitur à rerum gestarum magnitudi-
ae gloria Magnus. Nam quantus felicitate heros ipse fuerit, ejus res gesta-
rerumq; testimonia satis luculenter docent. Tantus videlicet heros seculo post natum
Anno octavo Carolus in mundo exstitit, ut si ejus res gestas, cum domi, tum foris
spiciamus, via bello pacisq; sumus, iustitiae literarumq; cultor eximius, atq; omnium
peratorum post Constantinum M. quem ut cognomine, sic virtute aequavit, sine
troverbia maxime dici mereant. Merito itaq; hodiernum Caroli M. memoriam
ctam habeant colantq; Galli, quod nobiliter eorum anshavit regnum: Venerentur
colant Itali, quod pacem eis et tranquillitatem, expulsi Longobardis, feliciter
derit: Colant et suspiciant Saxones, quod eis, quantumvis invidis, veram de Seo-
strinam, leges, iudicia, certamq; pacis rationem (quibus beneficis etiamnum post-
tas utitur, fruatur) prudenter contulerit. Totum deniq; colat Imperium Romano-Germanicum
quod primus Autor summae dignitatis, Germanorum genti collatae fuerit, primusq; Mon-
e Romanae Axioma laudabiliter attulerit. Novimus omnes, non sine ratione, Sacra-
gnarum virtutum esse memoriam.

VALEDTIO.

52
52

Ob Gott fast wunderbarlich Gottlob ringenfinden
Das Brüllings Purpur Dorn, ob wasser ab die stunden
Vielausfluß von dem mit göst wergungler freud,
Es wüthet alle költ, ob wüthet alle lid.

Der Baum wird werden grün, und fallen an die lauben,
Die Luch wird sitzen an, man wird die stalt lauben
Du walden hören, und frats blom wüthet bisu
Mit blumen schon gesücht, halt lüch, halt die dalgren.

Der Donner güldet fast fäher fort fort auf die stagen,
Und rump wärmere Dorn der kalten walt die stagen:
Neptun der wasser drot züch seinem harniß auß,
Die Nympfen soße bewit in ihren wasser hauß,

Und warten auß, daß sie das wasser blümen gen fassen,
In hütelblawer walt dort an dem bärten stagen,
Wo lalter schupf soß lag, wo lalter grauer walt
Umbe lther fette rump gelaget einen Dornst.

Man solt die Rünstig künst, die lalter mir gegeben
In walden diesen Dorn, und lalter also die leben:
Es dündel mich, was fast, mit wasser, lüch züch wüthet,
Lugriss die zeit, weil sie wüthet für und wüthet (wüthet)

Küch zuer ist so gemüth, als ob nicht länger blieben
Die höhe an diesen Dorn, die stunden die wüthet
O wir, ob lalter mich von lalter wüthet Kraft,
Und seine lalter, lalter lalter mich wüthet

folgen, und von lalter, an jenen Dorn die stagen,
Wo in wüthet sich yflot lalter die stagen
Weil ob nicht lalter muß von lalter gegeben sein,
So lalter ich mein lalter und geb mich wüthet Dorn.

Ob lalter ich wüthet vor dir, O Gott der lalter lalter,
Der die die fasten lalter den Menschen lalter bewüthet:
Ich lalter lalter auß vor dir, O Gott, mein lalter
Und lalter großen lalter, daß die fast allen lalter

Von mir gemüth ab: die lalter mich wüthet dem lalter
Küch lalter und lalter, auß lalter das die gegeben,
Das ich kan silen, wie die lalter güldem lalter
Und lalter Dorn lalter wüthet lalter auß

Peruach, der wüthet, soll ich auß ihm lalter wüthet:
Allein ich bin die lalter, sein lalter lalter die wüthet,
Die lalter ist die wüthet, der wüthet ist die wüthet,
Und mein lalter lalter lalter lalter lalter

lalter wüthet sich die lalter, daß wüthet Gott lalter
Für lalter und lalter: Er wüthet auß die lalter
Mit wüthet lalter lalter die lalter lalter lalter,
Daß er lalter wüthet in die lalter lalter lalter.

Die lalter dieser lalter, auß lalter soll ich auß lalter
Mein lalter lalter lalter und lalter wüthet lalter:
Doch wüthet ich nicht wüthet, soll lalter das lalter lalter
In lalter wüthet lalter ab die wüthet lalter lalter

Wolan so lalter

ingra, G
evigle
Inquam
rostram al
Sed Sag
Vobis, in qua
ae titelis
d expecto
ctium. Au
ia Ducatio
iverso lator
Germaniam
magnitudi
res gesta
post natam
tum foris
omnium
viti, sine
morian
venerentur
felicitate
m de Sac
orum post
ro-German
ingg Thom
e Sacra

Wolan so behat wol, ob müßt ob sich schreiben
Dü freudlich für den Tag, Ihr müßt ruhig leben
In der schönem Stad: die solte dieherheit,
Die bleibe über Euch in alle Ewigkeit.
Der Gynode lieber Mann, der Dörlich billig schont Zierat,
Ihr sag ich großen Dank, er hat mich wohl geföhrt
Der Eugend folgen nach an dessen Tristen Brand,
wiel sein Samlich begabt mit weisheit und Verstand.
Dürmb Götter treibe ab von Ihn / all unglück Wallen,
Und laß Ihn drinnen Bruns die Tragen möglich quellen:
Düß das der Dürmb Ihn vergünge ganz und gar,
Dass er Leb lebend fätt, die Nestorb graue Jahr.
Der Herr Gynode, der auch ist ein Man von weisheit gaben,
Der alt ein Prediger in Uerberg ist nicht graben,
Ihr sag ich blüß Dank für die gefaltt Müß,
Die er hat angewand bei dem und auch Bruch.
Der Wancke, welcher Man, der die in Polar Lande
Mit allem Fleiß geseht, wie auch an Neisten Brande
Viel Fleiß zuweisen hast, zu die Zeit ich bin ab
Ein Dankbafred Samlich in die Dürschwartel Brab.
Ihr Lehrer ingesamt, die Ihr wißt Linder Jansen
Sagte rühmlich habt geseht, die Ihr habt eine Dürman
Dauert mit Hippocren, die Ihr von Jugend an
Doch Draco habt gedient, und Linder ficut Dür
Von Kindheit anst getreigt, mich wurd ich fähig weisen
Für die ungfangne bris, wie ich mich dank vorweisen,
Dürmb an mir nicht ist; Mein Mund soll immer dar
Doch rühmen seine Fleiß, mich bin ich ganz und gar
Verbinden bis ins Brab: Ob fegne also haben
Der große Jabauch; ob müßt mich wohl geraltan,
Was ich mir unguet für: Der die der große Fort
Sprach selbst das danword Dürmb so gefalt glücklich fort!
Nun kom ich auch zu mich, Ihr also Mischen Dürder,
Die Ihr mich habt geliebt, und sage mich nicht wider
Für eine freudlich Gott Dank, die Ihr erzeigt mir
Von anfang bis fähig nach wehlich und nach begier.
Wolan seid bei fah wahl den großen Gott befolhen!
Lobt wohl, lobt ausig wohl, bis mich wurd dasich solan
Lohn in das blaue Schloss zum ersten Hittan ist,
Also Ihr wurdet sein begalt mit fähig lob.
Du aber Dürlich du, die Mischen glat der Eugend,
Du wohl verbannt Dür, die uiferwin der Jugend,
Sei immer blüßlich Dür, die ich fähig Dürmal Maß.
Das ich fähig von die, der zu gutten Nacht!

Joachim Helde
Ab Sund. m.

ORATIO,

quae
continet

CAESARIS MAIORIS

VIRI IDEI
um.

553

Varia olim viri generosissimi, Nobilissimi, Primi
 entissimi, maxime Reverendi, Excellentissimi, Experi
 tissimi, Crispi, Consultissimi, Spectatissimi plurimum
 venerandi Auditores, varia, iusto, Veteres conivitis ad
 bebant acroamata, eo quod ex illis summam caperent
 voluptatem: Tibicines quidem, libricinas, citharados, mi
 colorum patratres, qui in censes infundunt, fiducines, fi
 cinas, saltatrices, cristallifidas, ut et psaltrias, referent Jul. Caes. lib.
 Julio Caesare Balensero adhibebant. Tunc quod Sappho de Conviv.
 ad Suetonium Augustus aut acroamata et histriones, 309.
 et etiam triviale e circo ludios, et frequentes et strabos,
 hibuisse legatur. Dramaticis etiam apud Suetonium acro
 amata haec adhibet, memphitides puellas, sacris Deum pa
 atas, finctas colore noctis, puerum manum loquaci, tremen
 labellis. Nec desunt, qui psaltriam intrantibus apud
 acrobium petunt, ut puella ex Sapphira supra narrantur ma
 canora dulcedine et saltationis lubrico sperceat ille,
 bris philosophantes. Talia scilicet et alia iocunda admodum
 verum seruat oblectamenta, acroamatum quia veniebant
 mae. Sed vero, quanto iucundius, quanto suavius acroama
 audieris ex Antecessore meo, Caroli re et nomine
 aoris Xenonum fuit? Fuit, fuit omnino suavissimum
 iucundissimum. Vah esse quid suavis, quid amabile, quid
 atque acceptum auribus vestris. H. 22. Accidere hodie
 tuis? Tunc vestros animas magis oblectare poterat
 am solennis tam variorum vita actuum recreatio? Tunc
 tuis oculis continere poterat, quam quasi coram Rege
 stus, nunc bello intentum cernere? De talia
 alia de hoc genere acroamata ipsum quod Heracti
 in summam conducerent letitiam, in imperium ra
 erent hilaritatis pelagus. Verum Etenim. Etiam si Prin
 cipis hujus

Handwritten notes on the left margin.

cipis hujus virtutes prope omnium amplitudine infirmiores
 erunt, eius tamen quosq; labores hanc epionas fuisse est in
 patulo. Etenim, ut nequaquam sine dicitur in his vitales
 dicit, nequaquam prorsus est amas: ita nec Carolus nostrus
 mi vacavit labore, quin potius suis laboravit vitis. Quae, quae
 am Antecessor meus sic, quod dicitur peccato praeterit, in
 silentii involvit; Ego ea breviter ac leviter citra tanti laboris
 Imperatoris contumeliam, bonam cum Eruditissimi Auditorum
 veram in hac mea oratione laudam. Deferate me
 Auditores plurimum venerandi benevolentium, aurium ad
